Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Illo t: Videns ihc turbas ascendit secdm Math
in montem. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli
eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati
pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati
mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quo
niam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quo
niam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo cor
de: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii
dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusti
tiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum ma
ledixerint vobis: et persecuti vos fuerint et dixerint om
ne malum adversum vos: mentientes propter me. Gau
dete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. secdm
Illo t: D·d·i·d·s. Qui vos audit me audit: Luca
Et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit spernit
eum qui me misit. Reversi sunt autem septuaginta duo
cum gaudio dicentes. Domine etiam demonia subi
ciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam sa
thanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis
potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super
omnem virtutem inimici et nichil vobis nocebit. Verumta
men nolite in hoc gaudere quia spiritus vobis subiciuntur.
gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis. secdm
Illo t: D·d·i·d·s. Ecce ego mitto vos. Math:
sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut
serpentes: et simplices sicut columbe. Cavete autem ab
hominibus. Tradent enim vos in concilijs. et in synagogis
suis flagellabunt vos. Et ad presides et ad reges